

Artifel 19. Die durch Vereinbarung mit ihren Herren frei gelassenen Kolonen, die als Erbpächter oder unter was immer für einem anderen Titel zum Besitz des Kolonats gelangt sind, sollen ebenfalls frei sein.

---

### **Stiftungs - Urkunde der Pfarrkirche zu Mengede durch Bulle des Papstes Honorius 1222.**

(Aus dem Archiv zu Münster.)

Honorius episcopus servus servorum dei dilectis filiis, praeposito et conventui ecclesiae Scheidensis salutem et apostolicam benedictionem. Justis petentium desideriis dignum est nos facilem prebere consensum et vota, quae a rationis tramite non discordant, effectu prosequenti complere.

Ea propter, dilecti in domino filii, vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu jus patronatus in ecclesia de Mengede, quod a quondam Jonathan de Ardeia de consensu venerabilis fratris nostri Coloniensis archiepiscopi diocesani loci dicitis vobis esse collatum et ipsam ecclesiam cum pertinentiis suis sicut ea omnia iuste ac pacifice possidetis, vobis et per vos ecclesiae vestre auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursum.

Dat. Laterani II nonas januarii pontificatus nostri anno VI Honorius Pius p. p. III.

---

### **Stiftungs - Urkunde der Kapelle zu Westhusen (Schloß) 1361.**

(Aus dem Archiv zu Münster.)

Universis ad quos praesentes literae pervenerint, Ego Gerlacus de Westhusen, Elyzabeth mea uxor legitima atque